

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

Zanchio conveniat Qui & ipse latens venenum circumfert, evomiturus illud,
prima occasione oblata. Ulmæ, 3. Januarii Anno 1561.

Tuam humanitatem reverenter colens

Rabus, D.

XIV.

Mein freundlich dienst / mit wünschung der Ewigen und beständigen Gnaden Got-
tes zuvor / lieber Doctor Marbach / besunderer lieber Herr und freund. Ewer jüngst
mir gethon schreiben mit meinem botten / hab ich empfangen und verlesen / darinn Ewer
und anderer frummen Leut Christlichs misleyden unserer Kirchen halben tragend sun-
ders und ganz gern vernommen. Der Allmächtig woll Gnade verleyhen / und alles
übel von uns mit allen gnaden abwenden. Heut freytag dato ziehen wir von Heydel-
berg auß nach Neuenberg; der gütig Gott wolle uns mit seynen Gnaden leitten / re-
gieren und führen / dadurch sein Ewigs wort gefürdert / und einhellige Christliche fried-
liche Einigkeit Gottes Kirchen erhalten mögen. Schick Euch hiemit ein tra-
cterlein in des Canslers und meinem Nahmen / zu einem guten Newen und seeligen
Jahr / wolle lesen / und Herr Heinrichen und andern vertrauten auch mittheilen / wo
sie es zuvor nit gelesen. Zubeforgen / es werde darbei nit bleiben / und wünschet Euch
der Cansler alles guts / und wollen beyde mit Gottes hülf was uns möglich / zu befür-
derung Göttlichs Einigen worts nach unsern höchsten fleiß an uns nichts erwinden las-
sen. Bitt Euch / meinen Sun und Præceptor wohl lassen befolhen sein. Herr Heinrich von
Mühlheim / Flindern und alle ewere Mit. Kirchendiener wollet mir freundlich grüssen /
und Euch der Gnaden Gottes mit allen geliebten getreulich befolhen / und bin Euch sun-
ders zu dienen geneigt. Datum den 9. Januarii, Anno 1561. [Ulm] [8 Jan.]

Erasmus von Benningen/
zu Rungswach.

XV.

Salutem in Christo, Reverende Vir & amice observande. Cum quidam ex
Scivibus nostris mihi significasset, se ad vos profecturum, licet nihil occurre-
bat, quod judicarem dignum esse scriptione; quia tamen conjunctionem pro-
pter commune ministerium studeo inter nos quibuscunque, si non officii, sal-
tem significationibus benevolentiae fovere ac conservare, volui hæcce literas
licet inelaboratas & rudes exarare, ut præberem tibi occasionem rescribendi
per hunc certum hominem, qui ad nos rediturus est. Ante aliquot menses per


Q 2

Schola-

scholasticum quendam tibi scripsi & libellum meum de cœna Domini tibi missi. An autem litteræ cum libello illo tibi reddita sint, ignoro. Significo autem idem tibi in his litteris, quia nihil magis opto, quam in hac controversia & in reliquis omnibus esse veram & salutarem consensionem in nostris Ecclesiis. Nihil mihi gratius contingere posset significatione tui iudicii & censuræ, sparsa fuerant in hac vicinia seminaria turbarum in Ecclesia de re sacramentaria, sed Deus singulari beneficio scintillas istas, priusquam flammam conciperent, clementer restinxit. De Hardenbergio enim, turbatore Bremensi, jam vos inaudivisse non dubito: & quidem etiam in proximis litteris tibi significavi. Sparguntur apud nos varia de Synodo Tridentina & de machinationibus pontificiis, de quibus iudico vos certiora habere. Et quia communia sunt negotia & pericula, rectè feceris, si nobis communicaveris, si quid habes certi. Apud nos Dei beneficio mediocriter est tranquillitas in Politia & in Ecclesia. Faxit Dominus, ut dissensiones inter nostros pia aliqua & salutaris ratione sopiantur, ut conjunctim in studiis communi hosti nos opponere possimus. Bene & feliciter vale. Bruuſuigæ 17. Junii Ao. 1561.

T.

Martinus Kemnicus, Minister
Ecclesiæ Brunsvicensis.



XVI.

S Funestissimum nuncium de obitu præstantiss. Viri, admodum certè me concussit, ut cujus unius morte eximia dona perempta esse constat, præter doctrinam, pietas ardens, prudentia senilis, animus placidus, ad pacem unanimi-
tatemque egregie comparatus. Amisit Ecclesia fidum pastorem, Tu collegam sincerriss. conjunctissimumque, ego fratrem dilectissimum, & filius meus domesticum patrem. Præcessit, quem mox ipsi sequimur, quorum vita in media morte posita ad mortem assidue tendit; dirigat ergo nos Dominus & eandem in cœlestibus pacem lucemque in seipso cum sanctis omnibus exhibeat, ærumnarum portu ostenso. Ecclesiam item suam spiritu suo gubernet & tueatur. Quod filio meo ante annum tam salubriter prospexeris, agnosco candide beneficium, utinamq; tibi tuisve queam vicissim prodesse. Et quia de-
nuo tua opera consilioque opus est, quæso, ut Affini meo & fratri, quem ejus rei gratia misi, adesse velis, quo filio, si fieri queat, nanciscatur herum non absimilem defuncto. Quod si Dominus dederit, beatum me hac in parte vehementer judicabo. De Statu Helvetiæ nostræ ex Affine cognosces, cum quo te cupio prolixè & sidenter colloqui: est enim vir ex solido integer, tui
nostri-